THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

carnis. quam pater abraham deo iubente
suscepit. quod dum signaculum habitu fu-
it professionis testimonium perhibens
hominibus fidelibus spei. et caritatis. quo
sperarent credentes. et exspectarent
aduentum beati seminis abrahe scilicet
christi. et hoc testimonium habentes i-
ta mia. misecdi incia. deberent
in aduentu eius ad perfectum iustifica-
ri. et ipsi deo qui promiserat commo-
nitorium fuit ut uideret illud
signum. et recordaretur federis sui
et mitteret semen illud quod promisit
quod iurauit quod, si ita est immo quia
ita est. rata post aduentum eiusdem se-
minis. omnino circumcisio cessare
debuit cum circumcidi hoc sit dicere
mitte quem missurus es. mitte
quia non dum misisti. non enim illum reci-
pimus quem misisse diceris. et hoc
est negare illum qui iam uenit benedi-
ctus in nomine domini. Vel in recto et
uerum nunc michi dicitur cur tu per sua
de uolebas. ut circumciderentur: di-
centes. sub ipsis exordiis euangelice
predicationis. gentilibus audito-
ribus euangelii. quia nisi circumcidamini
secundum morem moysi. non potestis
salui fieri. recte inquam michi dicitur: et
uerum est quia si circumcidaris christus tibi ni-
chil proderit. Iudas. Et si tibi uis
non expedire circumcidi. at michi prodest
circumcisum esse sicut circumcisi sunt octauo
die patres mei. pater meus ysaac
pater meus iacob. Christianus. Qua-
re non dixisti potius. sicut circumcisus est is-
mahel sicut circumcisus est esau. Deni-
que quantum distat circumcisio isma-
helis et esau. infidelium. a circumci-
sione ysaac et iacob. tantum distat
inter circumcisionem tuam et circumcisi-
onem cuiusque fidelis ante huius beati
seminis aduentum. Dic michi nunc si
nosti. quid in circumcisione amplius fu-
it ysaac quam ismaheli. iacob quam
esau. Omnes quippe unum idemque in
carne sua uulnus circumcisionis
acceperunt. et unius patris. scilicet abra-
he duo filii ismahel et ysaac
item unius patris ysaac duo
secundum carnem filii iacob et esau
fuerunt: et eadem die circumcisi sunt. Iudas